



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Praxis Meditationum S.P. Ignatii Loyolae**

**Diertins, Joseph**

**Solisbaci, 1708**

Med. 8. Generis 3. De morte hominis sanitati & vitae nimis affixi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60232](#)

## MEDITATIO VIII.

G. III.

*De morte hominis sanitati & vita nimis affixi.*

CONG. Cogitare verba. Eccli. 14. Testamen-  
tum enim hujus mundi mortemorietur.

PRÆL. I. Nos ipsos a spicere, tamquam mor-  
ti destinatos, & ad eam damnatos.

PRÆL. II. Petere gratiam ut in nobis implea-  
tur illud. Eccli. 7. Memorare novissima tua, &  
in aeternum non peccabis.

PUNCTUM I. VISUS. Videre hominem cum mor-  
te luctantem: veluti Agag Regem Amalec,  
qui Samueli oblatus est occidendus, pinguissimus  
& tremens. 1. Reg. 15. vel Antiochum, quem ap-  
prehendit dolor dirus viscerum, & amara inter-  
norum tormenta. 2. Mach. 9. REFL. Cogitemus,  
quam tunc certò judicaturi simus, quod debueri-  
mus esse indifferentes, erga ægritudinem, & sani-  
tatem, erga longam, & brevem vitam.

VOL. Judicemus nunc idem, & renovemus  
illa, quæ de indifferentia antè meditati sumus.

PUNCTUM II. AUDITUS. Audire Agag dicen-  
tem: *Siccine separas amaramors?* 1. Reg. 15.  
& Antiochum, qui ita ait: *Justum est subditum  
esse*

*esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire.* 2.  
Mach. 19. REFL. Concludamus melius esse talia  
nunc sentire, & dicere,

VOL. Ne serò tales voces cogamur proferre,  
nunc tota animi contentionē, finem, ob quem  
creati sumus, prae oculis habeamus.

PUNCTUM III. Gustus. Amaritudinem gusta-  
vit Agag exclamans: *Amara mors!* Et hec  
oritur ex nimia adhäsione ad res creatas. REFL.  
Concludamus iterum indifferentiam nobis ne-  
cessariam esse, ut amaritudinem illam vitemus.

VOL. Convertamus nos totos ad finem no-  
strum, alia omnia tamquam media, & instrumen-  
ta tantum considerantes.

PUNCTUM IV. ODORATUS. De Antiocho habe-  
tur 2. Mach. 9. quod nec ipse jam fætorem su-  
um ferre posset. REFL. Sciamus tunc suavem no-  
bis fore mortem, si nunc elegerimus ea tantum,  
quæ ad finem ducunt, qualiacumque sint.

VOL. Anhelemus, & aspiremus ad hanc re-  
ctè eligendi normam, ex qua felix vitæ cursus, &  
suavis mors dependet.

PUNCTUM V. TACTUS. Nos ipsi sentiamus quo-  
dammodo dolores & tormenta, quibus mori-  
bundorum tactus cruciatur. REFL. Conclu-  
damus insipienter commoda & delicias Corporis in-  
tactu quæri, quando abducunt à fine.

VOL. Amplectamur potius Additionis 10.  
prae scripta,

29  
I. HERDOMADÆ

præscripta, & dicamus cum Apostolo. 1. Cor. 9.  
*Castigo Corpus meum, & in servitutem redigo.*  
Tunc morienti leviores erunt dolores à tactu.

COLLOQ. Ad Christum in Cruce morientem,  
per dolores mortis ipsius petendo gratiam indis-  
ferentiaz, & bonæ electionis, & mortem felicem.  
RECOLL.

## MEDITATIO IX. G. I.

*De transgressoribus primæ tabulæ  
scriptæ.*

CONGRUA. De eo, qui sibi male conscius, de  
mandatis acceptis Registrationem dare debet.

PRÆL. I. Quomodo Exod. 19. & 20. Deus  
dederit mandata in tabulis scripta, cum terrore:  
*Ut terror illius esset in vobis, & non peccaretis.*  
Exod. 20.

PRÆL. II. Petere gratiam cognoscendi de-  
licta contra hæc mandata, & emendandi.

PUNCTUM I. MEM. Exod. 23. Filii Israël adora-  
verunt vitulum, & Ps. 105. Fecerunt vitulum  
in Horeb, & adoraverunt sculptile.

INTEL. Creatus est Homo, ut Dominum Deum  
suum laudet, ac revereatur, præcipua laus & re-  
verentia consistit in adoratione, & cultu latræ.  
Hunc cultum dederunt rei creatæ. Atque ecce  
poena: confractæ sunt tabulæ testimonii, cecide-  
runtque in die illâ, mandante Moysè, quasi vi-  
ginti